Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0001-0

F. n. 94.

Leb. 31.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0002-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0003-1

~~Lg. 7642~~ n Ch. 269

Leb. 31.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0004-7

Hoc Volumine continentur Andr: Sennerti

1. Grammatica Orientalis eademq; Harmonica
   a. Ebraismus
   b. Chaldaismus
   c. Syriasmus
   d. Arabismus
   e. Rabbinismus
2. Symboli Apostolici Διάρθρωσις
3. Introductio brevis ad linguae Syriacae rectam lectionem
4. Manuale Concordantiarum Ebraeo-Biblicarum Jo. Buxtorfii.
5. Centuria Proverbiorum Arabicorum juxta cum interpretatione latina.
6. Idea pleni Systematis studii linguarum orientalium
7. Dissert: de Ebraeae S.S. linguae nec non Oriental: reliq: origine, antiquit: progressione etc.
8. Σκιαγραφία Doctrinae de Accentibus Ebraeorum.
9. Canticum Canticorum notis illustratum breviculis, Gramm: Philol: Logic: Theolog:
10. Positiones Philologicae de Codicum Bibliorum Ebraeor: Vet. instrumenti maxime hodiernorum typis exscriptorum, fide et authoritate, quibus subjungitur Diss: de Punctorum vocalium Ebraeorum natalibus et antiquitate.
11. Centuria Canonum Philologicorum. Ἑπτὰς. Quarum
12. Exercitationum Critico-Philologicarum
   a. De literarum primogeniarum originibus
   b. De Punctorum vocalium Ebraeor: natalibus et antiq:
   c. De accentibus Ebraeorum.
   d. De aquis supercoelestibus
   e. De voto Jephtae Jud: XI, 31 seq.
   f. De vocula Caari Ps. XXII, 17.
   g. De codicum Biblic: Ebr: etc: fide et authoritate.
13. De Sceptro Judah non auferendo ante adventum Schiloh. Gen: XLIX, 10. cui accessit inscriptio Hieroglyphica ex rupe quadam montis Oreb.
14. Diss: Philol: De iis, quae fuerant in arca foederis ex 1 Reg: VIII, 9. 2 Paral: V, 10 collatis cum loco Hebr: IX, 4.
15. Exercitationum Philologicarum Ternarius
   a. De Punct: Vocalium Ebraeor: neq. cum litteris, neq. cum Verbo Dei scripto coaevitate
   b. De [illegible] Codicum Apographorum Vet: instr: Ebr: hodie-nostratum
   c. De certitudine interna, Fide et Authentia Script: S. in se se consideratae.
16. Schediasma de Linguis Orientalibus. 1 Adamaea, 2 Chaldaica, 3 Phoenicea etc. quarum earundem Origines, Progressionem, Indolem, praecipue vero prima elementa lectionem rectam, itemq; usum et utilitatem. Accessit confessio fidei Aethiopiae Regis.

17. Δυας Quaestionum Mixtarum.

a. De Mysterio Sctae Trinitatis an idem ex naturalibus s. ppiis philosophicis utcunque possit probari?

b. De mediationis Opere inter Deum et hominem s. de Purgatione generis humani universali an et ipso hoc mysterium sciverint et cognoverint utcunque veteres ex ethnicis Sapientiores?

18. Exercitationum Philol: ἑπτὰς. vid: num. 22.

19. ——— ἑπτὰς altera.

a. De Deo: Nom: Elohim
addat: Meutiss: de Nom: Jehovah

b. De Masorah.

c. De Cabbalah.

d. De Musica Ebraeorum.

e. De Scholis, Studiis etc: eorundem

f. De Mendis Codicum apographorum.

g. De Sceptro Juda.

20. Exercit: Philolog: ἑπτὰς tertia.

a. De Psalmo XC

b. De Psalmo XCI.

c. De loco Jobi Cap: XIII, 15.

d. De loco Jobi XIX, 25. seqq.

e. De loco Jesaiae LIII, 9.

f. De Magis. Matth: II, 1. seqq.

g. De verbis S. Coenae Hoc est corpus meum Hoc est sanguis meus

Accessit Schediasma ad linguas Orient: plerasque

21. Catalogus Disputationum Philologicarum publice in Acad: Witteb: maxime circiter ab anno 160 habitarum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0006-8

مِأَيةُ مَثَلٍ *

# CENTURIA PROVERBIORUM ARABICORUM,

Juxtà cum Interpretatione Latinâ.

*In*

*Uſum Tyronum nec non Collegiorum.*

Editore

ANDREA SENNERTO, P.P.

in Acad. VVitteberg.

*Typis & impenſis* JOBI *VV*ILHELMI *F*INCELII.

clɔ lɔ C LVIII.

# *Ad Lectorem.*

Hæc, juxtà cum alterâ, Centuria Proverbiorum Arabicorum primùm ex ABI UBEID, celeberrimo apud Arabes Orientales Scriptore, aliisq; Arabum monumentis (teſte autore in præfatiunculâ ſuâ) ab Arabe anonymo quodam eſt collecta & explicata. Hinc cum interpretatione Latinâ & ſcholiis, quæ vocant, Clariſs: Virorum JOSEPHI SCALIGERI, J. CÆS. F. & THOMÆ ERPENII, ab hoc, poſteriore, maximè ſvaſu Cl. ISAACI CASAUBONI, ſuperioribus annis edita. Cæterùm Scholia ſive Annotationes nos hac vice brevitatis ergò, (in gratiam tyronum nec non typographi, ut ne pagellæ excreſcerent) omiſimus, & quod Lingvæ ſtudium addiſcendæ præſertim heîc attendatur â nobis: Obſervationes verò illæ ſuprà laudatæ ad Proverbia, juxtà cum alijs, vivâ voce poſſint facilè inſinuari exцipiq; â diſcentibus. Hæcce illa, de quibus ante omnia Lector benevolus monendus nobis videbatur. وَٱلْحَمْدُ لِلّٰهِ *

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَانِ ٱلرَّحِيمِ

رَبٍّ دَائِمٍ كَرِيمٍ *

أَبْتَدِئُ بِعَوْنِ ٱللَّهِ وَأَجْمَعُ بَعْضَ أَمْثَالٍ وَأَقْوَالٍ مِنْ تَأْلِيفِ أَبِي عُبَيْدٍ وَٱلْبَوَاقِي وَٱلْحَمْدُ لِلَّهِ *

*In nomine DEI miſeratoris miſericordis, Domini æterni auguſti:*

*Incipiam cum auxilio DEI, & colligam quædam Proverbia & ſententias, ex libro ABI UBEID & reliquorum: & Laus DEO!*

## I.

لَا تَرْكَبْ فَرَسًا غَيْرَكَ * أَعْنِي * لَا تَتَزَيَّنْ بِحِكْمَةٍ لَمْ تَفْهَمْهَا وَلَا تَفْتَخِرْ فِي صَنْعَةٍ لَا تَعْرِفُهَا *

Ne equites, equum alienum. *Ideſt:* Noli te ornare ſcientiâ, quam non intelligis; nec gloriare arte, quam non noſti.

## I I.

لَا تَرْمِ سِهَامًا فِي صُورَةٍ مِنْ حَدِيدٍ * أَعْنِي * لَا تَرْمِ كَلِمَةً فِي مَنْ هُوَ أَقْوَى مِنْكَ وَلَا تَقُمْ ضِدًّا عَلَى مَنْ هُوَ أَقْوَى مِنْكَ

Ne jace ſagittas in idolum ferreum. *Id eſt:* Ne jace verba tua in eum, qui fortior te eſt; neq; obſiſte adverſarius illi, qui tibi pollet.

III.

إِنْ كُنْتَ لَمْ تَعْرِفْ تَصْعَدُ فِي ٱلسُّلَّمِ لَا تَسْلُكُ عَلَى ٱلسَّطْحِ * أَعْنِي * إِنْ كُنْتَ لَمْ تَسْتَطِعْ أَنْ تَكُونَ تَحْتَ ٱلرَّئِيسِ فَلَا تَصِيرُ رَئِيسًا *

Si neſcis aſcendere per ſcalam, non ambulabis ſuper tectum. *Id eſt:* Si non potes eſſe ſubjectus duci, neq; dux eris.

IV.

لَا تَصْعَدْ قُلَّةَ ٱلْجَبَلِ وَأَنْتَ مُزَيَّنٌ لِئَلَّا تَقَعَ * أَيْ * تَحَذَّرْ مِنَ ٱلْإِفْتِخَارِ وَٱلْكِبْرِيَاءِ لِأَنَّ عَاجِلَ ٱلْمُوَاشِي يَسْقُطُ *

Ne aſcende cacumen jugi cum fueris ornatus, ne fortè cadas. *Id eſt:* Cave â typho & faſtu, quia ocyſſimè inflatus (*ſeu* turgidus) cadit.

V.

لَا تَلْبَسْ أَبْيَضَ بِٱللَّيْلِ ٱلْمُظْلِمِ * أَعْنِي * لَا تَكُنْ مِنْ خَارِجٍ مُزَيَّنًا وَمِنْ دَاخِلٍ مُمْتَلِيٍّ ظُلْمَةً وَشَرًّا *

Ne indue album, nocte obſcurâ. *Id eſt:* Ne ſis extrinſecus decorus, & intrinſecus plenus iniquitatis & nequitiæ.

## VI.

لَا تُرْسِلْ كَلْبَكَ بِأَرْضٍ ٱلَّتِي لَيْسَ فِيهَا صَيْدٌ * أَعْنِي * لَا تَغْضَبْ قَبْلَ وَقْتِكَ *

Ne immittas canem tuum in terram, ubi non eſt venatio. *Id eſt:* Ne iraſcaris ante tempus tuum.

## VII.

لَا تَسْلُكْ عُرْيَانًا فِي ٱلْأَسْوَاقِ * أَعْنِي * لَا تَكْشِفْ سِرَّكَ قُدَّامَ ٱلنَّاسِ لِئَلَّا يَسْتَهْزِئُوا بِكَ فِي ٱلْاِجْتِمَاعِ *

Ne deambula nudus per plateas. *Id eſt:* Ne aperias ſecretum tuum coram hominibus, ne ſubſannent te in conciliabulo.

## VIII.

تَكَلَّمْ بِٱللَّيْلِ حَيْثُ لَيْسَ طَيْرُ ٱللَّيْلِ * يَعْنِي * إِخْفِ سِرَّكَ وَكَرَمَكَ مِنْ مَجْمَعِ ٱلْبَهَالِيلِ وَٱلْجُهَّالِ *

Verba fac nocte, ubi non eſt avis nocturna. *Id eſt:* Occulta arcanum tuum & dignitatem tuam à turba idiotarum & ſtultorum.

## IX.

سُنَّ ٱلْأَطْوَاقَ ٱلْخَمْسَةَ لِيُضِيءَ ٱلْبَيْتُ وَٱلسَّاكِنُ فِيهِ * أَعْنِي *

سُدَّ خَمْسَةَ حَوَاسِّ ٱلْجِسْمِ لِتُضِيءَ نَفْسُكَ فِي ضَوْءِ ٱلْحَيَاةِ *

Obſtrue quinq; feneſtras, ut luceat domus, & habitans eam. *Ideſt:* Obſtrue (*vel* coerce) quinq; ſenſus corporis, ut luceat anima tua in luce vitæ.

X.

لَا تَسْبَحْ فِي ٱلْمَآءِ ٱلْبَارِدَةِ فَتَهْلِكَ * أَعْنِي * لَا تُسْلِمْ نَفْسَكَ لِلشَّهَوَاتِ لِئَلَّا تَمُوتَ فِي خَطِيَّتِكَ دَآئِمًا بِعَذَابٍ *

Ne nata in aquâ frigidâ, ut pereas. *Ideſt:* Ne te dedas cupiditatibus, ne moriaris in peccatis tuis, in æternum, in cruciatu.

XI.

فَكُنْ لِكُلِّ أَحَدٍ مِيزَانًا * يَعْنِي * كُنْ صَادِقًا وَلَا تَجُرْ عَنِ ٱلْحَقِّ وَلَا تَظْلِمْ أَحَدًا فَتَتْرُكَ ٱلْبِرَّ *

Eſto unicuiq; libra. *Ideſt:* Eſto juſtus, neq; declina ab æquo, & nemini injuriam facias, & abjicias ſtultitiam.

XII.

فَكُنْ حِمَارًا بَرِّيًّا تَجَاهُ ٱلصَّيَّادُونَ * يَعْنِي * إِذَا جَآءَكَ ٱلْقِتَالُ عَلَى غَفْلَةٍ فَتَجَنَّبْهُ وَٱهْرُبْ وَلَا تَقِفْ *

Eſto aſinus ſylveſtris, cui ſuperveniunt venatores. *Significat:* Qvan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0012-1

Quando ſuperveniunt tibi rixæ ex inopinato, declina eas, fuge, nec conſiſte.

## XIII.

لَا تَرْمِ ٱلْحَجَرَ بِٱلْمُقْلِعِ * أَيْ * لَا تَرْمِ ٱلْكَلِمَةَ فِي ٱلْإِنْسَانِ ٱلْغَائِبِ لِأَنَّ سَيِّدَهُ يَسْمَعُهَا *

Ne jace lapidem in velificantem. *Id eſt*: Ne jace verbum in hominem abſentem, propterea quod Dominus ejus audit illud.

## XIV.

أُبْرُدِ ٱلشَّوْكَ بِٱلْمِبْرَدِ * أَعْنِي * إِغْلِبْ أَلَمَ ٱلْجَسَدِ وَٱلشَّهَوَاتِ ٱلرَّدِيَّةَ لِتَحْيَا *

Lima ſpinas lima. *Hoc eſt*: Vince affectum carnis & cupiditates malas, ut vivas.

## XV.

لَا تُهْلِكِ ٱلْجَوَاهِرَ فِي ٱلْعِيدِ * أَعْنِي * لَا تَحْزَنْ وَلَا تَبْكِ فِي مَوْضِعِ ٱلْفَرَحِ *

Ne perde margaritas in die feſto, *Id eſt*: Ne contriſtere, neq; fleas in loco lætitiæ.

## XVI.

كُنْ مَعَ ٱلْعَوْسَجِ زَيْتًا * أَعْنِي * كُنْ مَعَ ٱلْجَاهِلِ حَكِيمًا وَمَعَ ٱلْأَحْمَقِ عَاقِلًا *

Eſto

Eſto cum paliuro oliva. *Id eſt:* Eſto cum ſtulto ſapiens, & cum inſano mentis compos.

XVII.

إِذَا رَكِبْتَ أَسَدًا أَحْتَرِزْ مِنَ ٱلْعَوَاصِفِ * يَعْنِي * إِذَا صِرْتَ رَئِيسًا أَحْتَرِزْ مِنَ ٱلْمُشَاوِرِينَ ٱلْأَشْرَارِ *

Cum equitaveris leonem cave ab ungve. *Id eſt:* Cum factus fueris dux (*vel* præfectus) cave â conſiliariis malis.

XVIII.

أَغْلِقْ بَابَكَ بِوَجْهِ ٱلْخَاطِفِينَ * أَيْ * أَغْلِقْ حَوَاسَّكَ بِوَجْهِ ٱلْخَطِيئَةِ لِئَلَّا يَخْطَفُوكَ ٱلْأَعْدَاءُ *

Occlude oſtium tuum adverſus raptores. *Id eſt:* Claude ſenſus tuos contra peccatum, ne te capiant hoſtes tui.

XIX.

اِحْتَرِزْ مِنَ ٱلْحَجَرِ ٱلَّذِي بِيَدِكَ كَيْفَ تَرْمِيهِ لِئَلَّا يَرْجِعَ عَلَيْكَ * أَيْ * إِنْ حَزِنْتَ لِأَجْلِ أَحَدٍ لِيَسْتَبْقِ فَتَسْتَطِيعُ أَنْ يَكُونَ بِلَا حُزْنٍ *

Cave â lapide, quem in manu habes, quomodo jacies illum, ne in te redeat, (*id eſt*, retorqueatur) *Hoc vult:* Si contriſtatus es propter aliquem, reliquum eſto ut poſſis eſſe ſine dolore.

XX.

لَا تَحْبِسِ ٱلطَّاوُسَ وَٱلْحَمَامَةَ جُمْلَةً * يُعْنِي * لَا تَكُنْ وَقْتًا
سَخِيفًا وَقْتًا عَفِيفًا *

Ne incarcera pavonem & columbam ſimul. *Significat:* Ne ſis modò inſolens, modò gravis (*ſeu* honeſtus.)

XXI.

لَا تُرْسِلْ بَهِيمَتَكَ لِلْمَرْجِ ٱلَّذِي لَيْسَ فِيهَا سِيَاجٌ * أَعْنِي * لَا
تُطْلِقْ مَشِيئَتَكَ وَرَاءَ ٱلشَّهَوَاتِ بِلَا لِجَامِ ٱلنَّامُوسِ بَلْ أَلْجِمْ
مَشِيئَتَكَ *

Ne immittas pecus tuum in pratum, in quo non eſt ſepes. *Senſus:* Ne emittas voluntatem tuam poſt cupiditates ſine fræno legis, ſed obfræna voluntatem tuam (appetitum tuum.)

XXII.

أُزْبُرْ كَرْمَكَ بِيَمِينِكَ لَا بِيَمِينِ غَيْرِكَ * أَعْنِي * وَبِّخْ نَفْسَكَ عَلَى
ذَنْبِكَ قَبْلَ أَنْ يُوَبِّخَكَ غَيْرُكَ عَلَيْهِ *

Puta vitem tuam manu tuâ, non manu alienâ. *Senſus:* Reprehende te ipſum ſuper delicto tuo, priusquam alius te reprehendat ſuper eodem.

XXIII.

إِسْبَحْ فِي ٱلْمَاءِ قَبْلَ ٱلْمَسَاءِ * أَعْنِي * تَطَهَّرْ بِتَوْبَةٍ قَبْلَ
ٱلْإِرْتِحَالِ وَقَبْلَ أَنْ يَأْتِيَكَ ٱلْمَوْتُ *

Nata in aquâ ante veſperam. *Senſus:* Purificare pœnitentiâ ante migrationem, ac priusquam ſuperveniat tibi mors.

## XXIV.

سُنَّ بَيْنَمَا هُوَ مَحْمِيٌّ ٱلْحَدِيدَ * أَيْ * إِذَا وَجَدْتَ زَمَانًا مَقْبُولًا لِلسُّؤَالِ فَٱطْلُبْ طَلِبَتَكَ بِسُرْعَةٍ *

Acue interea, dum calet ferrum. *Ideſt:* Cum nactus fueris tempus oportunum quæſtioni, interroga quæſtionem tuã ſtatim.

## XXV.

مَنْ لَا يُعْطِ حَطَبًا لِلنَّارِ يَمْنَعُهَا مِنَ ٱلْإِشْتِعَالِ * أَعْنِي * مَنْ يَخْجَلْ بِكَلَامِ ٱلشَّكِّ يَمْنَعِ ٱلْغَضَبَ أَلَّا يَلْتَهِبَ *

Qui non dat lignum ad ignem, impedit illum, quo minus exardeſcat. *Hoc eſt:* Qui pudefit ob verba ſcandali, impedit iram, quò minùs inflammetur.

## XXVI.

مَا يَحُكُّ رَاسَكَ إِلَّا أَظْفَارُكَ * يَعْنِي * لَيْسَ يَقْدِرُ أَحَدٌ يَقْضِي حَاجَتَكَ كَمِثْلِ تَشْتَهِي إِلَّا أَنْتَ *

Non ſcabat caput tuum præter ungves tuos. *Significat:* Nemo poteſt ſufficere neceſſitati tuæ, qnomodo tu cupis, præterquam tu ipſe.

## XXVII.

لَيْسَ ٱلْبُخْلُ مِنْ أَخْلَاقِي وَلَكِنْ لَيْسَ لِي مَا أَجُودُ بِهِ *

Non

Non eſt avaritia mihi naturalis : ſed deeſt mihi, quo ſim liberalis.

## XXVIII.

لَا تُحَكِّكِ ٱلنَّارَ بِٱلسِّكِّينِ * أَعْنِي * إِنْتَبِهْ بِكَلَامِكَ مِنَ ٱلْجُهَّالِ وَلَا تُصَاحِبِ ٱلْغَاضِبَ بِسُرْعَةٍ *

Ne ſcalpito ignem gladio. *Significat* : In loquendo cave à ſtultis ; nec ſocietatem contrahe cum iracundo temere.

## XXIX.

لَا تَتَقَلَّبْ مَعَ أَسَدٍ ذِي أَرْبَعَةِ قَوَائِمَ * أَيْ * تَحَذَّرْ وَٱجْتَنِبْ كُلَّ إِنْسَانٍ خَبِيثٍ *

Ne converſare cum leone quadrupede. *Ideſt* : Cave & declina omnem hominem nequam.

## XXX.

لَا تَكُنْ فِي زَمَانِ ٱلْقَيْظِ نَمْلَةً *

Eſto in diebus æſtatis formica.

## XXXI.

فِي كَاسِ ٱلْجَسَدِ لَا تَشْرَبِ ٱلْخَمْرَ * أَعْنِي * لَا تَتَلَذَّذْ مَعَ ٱلزُّنَاةِ لَا بِٱلْقَوْلِ وَلَا بِٱلْفِعْلِ أَبَدًا *

In paterâ carnis ne bibe merum. *Significat* : Ne delitieris cum ſcortatoribus, neq; verbo neq; facto in æternum.

XXXII.

لَا تُطَيِّرِ ٱلسُّنُونِيَاتِ فِي زَمَانِ ٱلْقَيْظِ * أَعْنِي * لَا تُوَقِّعْ أَمْرًا وَلَا شَرًّا بَيْنَ ٱلْعَاقِلِ وَٱلْجَاهِلِ *

Ne admitte ad volatum hirundines, tempore æſtatis. *Significat*: Ne mitte negotium aut malum inter ſapientem & ſtultum.

XXXIII.

أَضْرِبِ ٱلنَّارَنْجَ بِٱلرُّمَّانَةِ * أَعْنِي * ضَعْ فِي قَلْبِكَ ٱلْحِكْمَةَ وَٱخْزِنْ فِي قَلْبِكَ ٱلْعِلْمَ *

Allide malum medicum ( narangium ) malo Punico. *Senſus*: Pone in corde tuo ſapientiam, & theſauriza in corde tuo ſcientiam.

XXXIV.

لَا تَكُنْ فَرَسًا لِمُحِبِّكَ لِئَلَّا تَقَعَ *

Ne ſis equus amico tuo, ne cadas.

XXXV.

لَا تُعْطِ ٱلْخَنَازِيرَ تَوْقِيرًا وَمَجْدًا * أَعْنِي * لَا تُعْطِ لِلْجُهَّالِ حِكْمَةً وَلَا تَضَعْ أَرْجُلَهُمْ عَلَي دَرَجَةِ ٱلْكَرَمَةِ لِأَنَّ طَبِيعَتَهُمْ شَرِيرَةٌ *

Ne des porcis honorem & laudem. *Id eſt*: Ne attribue ſtultis ſapientiam, neq; colloca pedem eorum in gradu honoris, quia conditio eorum peſſima eſt.

XXXVI.

## XXXVI.

لَا تَكْشِفْ سِرَّكَ لِلْقُرُودِ * أَعْنِي * لَا تَكْشِفْ سِرَّكَ لِلْمُسْتَهْزِئِينَ *

Ne aperi ſecretum tuum ſimiis. *Id eſt:* Ne detege arcanum tuum deriſoribus.

## XXXVII.

ضَعْ عَلَى بَابِكَ ٱللِّجَامَ فَلَا تَخَافُ مِنْ أَعْدَائِكَ * أَيْ * أَلْجِمْ فَاكَ وَضَعْ عَلَيْهِ لِجَامَ ٱلسُّكُوتِ فَلَا تَخَافُ مِنَ ٱلْأَخْصِيَانِ *

Appone januæ tuæ frænum, & non timebis inimicos tuos. *Id eſt:* Fræna os tuum, & impone illi frænum ſilentij, & non metues ab adverſarijs.

## XXXVIII.

إِحْذَرْ مِنَ ٱلنَّظَرِ فِي شُعَاعِ ٱلنُّجُومِ *

Cave intueri in ſplendorem ſtellarum:

## XXXIX.

كُنْ مَعَ ٱلْجَاهِلِ حَكِيمًا وَمَعَ ٱلْأَحْمَقِ عَاقِلًا *

Eſto cum ſtulto ſapiens, & cum inſano mentis compos.

## XL.

أُسْتُرِ ٱلتِّجَارَةَ بِٱلتِّبْنِ وَأَلْقِهَا فِي جُبِّ ٱلطِّينِ * أَعْنِي * صَالِحْ قُلُوبَ ٱلْجُهَّالِ بِكَلَامٍ حُلْوٍ *

Tege mercem tuam melle,& projice eam in ciſternam luti. *Senſus:* Concilia corda ſtultorum ſermone dulci.

## XLI.

إِتَّبِعِ ٱلْحَقَّ وَلَا تَكُنْ فِي مَشِيئَتِكَ ٱلشِّرِّيرَةِ وَلَا تَتَّبِعْهَا *

Exequere æquum, neq; inſiſtas voluntati tuæ malæ, neq; ſequere eam.

## XLII.

لَا تَفْتَحِ ٱلْأَطْوَاقَ قُبَّالَ قَوْسِ ٱلْمَلَائِكَةِ * أَيْ * لَا تَفْتَحْ
حَوَاسَّكَ قُبَّالَ نَظَرِ ٱلزَّانِيَاتِ لِئَلَّا تَقَعَ فِي أَحْبَالِهِنَّ *

Ne aperias feneſtras ante arcum angelorum. *Id eſt:* Ne aperias ſenſus tuos in conſpectu meretricum, ne cadas in technas earum.

## XLIII.

إِنْ كَانَتْ لَكَ شَبَكَةٌ أَمْسِكْهَا لِئَلَّا تُمْسِكَ مِنْهَا * أَعْنِي *
إِنْ كَانَتْ لَكَ ٱمْرَأَةٌ فَٱسْتَخْضِعْهَا وَلَا تَخْضَعْ لَهَا *

Si habueris rete, trahe illud, ne fortè traharis ab illo. *Id eſt:* Si habueris uxorem ſubjice illam tibi, neq; ſubjicitor illi.

## XLIV.

أَضِئْ سِرَاجَكَ قَبْلَ ٱلظُّلْمَةِ * أَيْ * نَوِّرْ نَفْسَكَ بِٱلْأَعْمَالِ
ٱلصَّالِحَةِ قَبْلَ أَنْ يَأْتِيَكَ ٱلْمَوْتُ *

Accende

Accende lucernam tuam ante tenebras. *Id eſt:* Illuminate operibus bonis, antequam ſuperveniat tibi mors.

XLV.

لَا تُطَيِّرْ أَلطَّيْرَ بِأَرْضٍ مُغْبَرَّةٍ * أَعْنِي * لَا تَرْمِ أَلْحِكْمَةَ قُدَّامَ
أَلْجُهَّالِ وَأَلْمُسْتَسْفِهِينَ *

Ne admitte ad volatum accipitrem tuum in terra pulverulenta. *Id eſt:* Ne projicias ſapientiam coram ſtultis & impijs.

XLVI.

لَا تُعْطِ نَفْسَكَ لِلْخَطِيَّةِ وَلَا تُسْلِمْهَا لِلْأَشْرَارِ *

Ne dedas peccato animam tuam, neq; tradas eam malis.

XLVII.

أَلْمُجَانَبَةُ لِلنَّاسِ أَسْلَمُ *

Seceſsio hominibus tutisſima eſt.

XLVIII.

مَنِ أَسْتَرْعَى أَلذِّئْبَ ظَلَمَ *

Qui lupum paſcit, delinquit.

XLIX.

يَقَعُونَ فِي تَخْلِيطٍ مِنْ أَمْرِهِمْ لَا يُمْكِنُهُمْ أَنْ يَعْتَزِمُوا فِيهِ
عَلَى رَأْيٍ *

Incidunt in confuſionem negotij ſui, nec poſſunt deliberare in eo de conſilio.

L.

إِنَّهُ مَعَ حُمْقِهِ يَبْلُغُ حَاجَتَهُ *

Utiq; ille cum inſania ſuâ perveniet ad negotium ſuum.

LI.

كَالطَّالِبِ ٱلْقَرْنَ فَجُدِعَتْ أُذُنُهُ *

Inſtar petentis cornu, cui amputata eſt auris ſua.

LII.

كُلُّ ٱلْحِذَاءِ يَحْتَذِي بِهِ ٱلْحَافِي *

Quovis calceo calceatur γυμνόπȣς (nudipes.)

LIII.

قَدْ زُرْتَنَا زَوْرَةً فِي ٱلدَّهْرِ وَاحِدَةً *

Viſitaſti nos viſitatione in ſeculo unâ.

LIV.

سَأَغْسِلُ عَنِّي هَذَا ٱلْعَارَ بِٱلسَّيْفِ *

Age eluam â me hanc picem gladio.

LV.

قَدْ سَمِعْتُ مَنْ يُفَسِّرُ ٱلسَّبْسَبَ *

Jam dudum audivi qui extricat intricata.

LVI.

لَا تُظْهِرِ ٱلشَّمَاتَ بِأَخِيكَ *

Ne profer opprobrium fratri tuo.

LVII.

كان كراعا فصار ذراعا *

Erat coxa, & factus eſt brachium.

LVIII.

ألحمد مغنم والمذمّة مغرم *

Laus expoſita eſt direptioni, & diffamatio tanquam tributum exigitur.

LIX.

صدرك أوسع لسرّك * يعني * لا تكشفه على أحد *

Pectus tuum dilata ſecreto tuo. *Hoc eſt*: Ne detege id ulli.

LX.

أملك الإنسان لنفسه من كتم سرّه من صديقه *

Poſſidet homo animam ſuam (*vel* ſeipſum) qui occultat ſecretum ſuum ab amico ſuo.

LXI.

ألسرّ أمانة * أي * في أمانة أحد موضوع *

Secretum eſt fides. *Hoc eſt*: commendatum fidei alicujus.

LXII.

إذا تعزّ من ترى يعزّك من لا ترى *

Quando magnificabis quem vides, is magnificabit te quem non vides.

LXIII.

من اشترى اشتهى * يعني * بماله *

Qui emit cupit, *hoc eſt*, opes ſuas.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0023-2

## LXIV.

شَرُّ ٱلْفَقْرِ ٱلْخُضُوعُ وَخَيْرُ ٱلْغِنَى ٱلْقُنُوعُ *

Malum paupertatis eſt abjectum eſſe, bonum verò opulentiæ (*ſeu* divitiarum) eſſe contentum.

## LXV.

سِرُّكَ أَسِيرُكَ إِنْ صُنْتَهُ وَأَنْتَ أَسِيرٌ لَهُ إِنْ ظَهَرَ *

Arcanum tuum eſt captivus tuus, ſi cuſtodieris illud: tu autem captivus ejus es, ſi manifeſtetur.

## LXVI.

فَكُلُّ جَرِيحَةٍ فَلَهَا دَوَآءٌ وَسُوءُ ٱلْخُلْقِ لَيْسَ لَهُ دَوَآءٌ *

Omni vulneri eſt medicina: at malo naturæ non eſt medicina.

## LXVII.

وَلَيْسَ بِدَائِمٍ أَبَدًا نَعِيمٌ كَذَا ٱلْبُؤْسُ لَيْسَ لَهُ بَقَآءٌ *

Non eſt durabile ſemper bene eſſe; ut, quod malo præditum eſt non habet durationem.

## LXVIII.

مَا يَحْمِلُ ٱلْحِقْدَ مَنْ تَعْلُو لَهُ ٱلرُّتَبُ وَلَا يَنَالُ ٱلْعُلَاءَ مَنْ طَبْعُهُ ٱلْغَضَبُ *

Non fert iram is, cui gradus exaltati ſunt: nec adipiſcitur ſumma cujus natura eſt iracundia.

## LXIX.

عِشْ يَا جُحَيْشُ حَتَّى يَنْبُتَ ٱلْحَشِيشُ *

Vive aſelle, quamdiu floret pabulum.

LXX.

LXX.

عَجَبًا عَلَى ٱلْمُحِبِّ كَيْفَ يَنَامُ وَكُلُّ نَوْمٍ عَلَى ٱلْمُحِبِّ حَرَامٌ *

Mirum quomodo amans dormiat: cum omnis ſomnus amanti ſit interdictus.

LXXI.

مَا يَحْمِلُ ٱلْجَوْرَ إِلَّا ٱلثَّوْرُ *

Non fert violentiam (*ſeu* tyrannidem) niſi taurus.

LXXII.

ٱلصِّدْقُ عِزٌّ وَٱلْكِذْبُ خُضُوعٌ *

Veritas magnifica eſt; mendacium autem abjectum.

LXXIII.

ٱلْكِذْبُ دَآءٌ وَٱلصِّدْقُ شِفَآءٌ *

Mendacium infirmitas eſt: & veritas ſanitas.

LXXIV.

ٱلْفَمُ لِلِّسَانِ سِجْنٌ *

Os lingvæ carcer eſt.

LXXV.

إِيَّاكَ أَنْ يَضْرِبَ لِسَانُكَ عُنْقَكَ *

Cave, ut feriat lingva tua collum tuum.

LXXVI.

ٱلْوَحْدَةُ أَخْيَرُ مِنْ مُعَاشَرَةِ ٱلسُّوءِ *

Solitudo melior cœtu malo.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0025-4

LXXVII.

كَٱلطَّالِبِ ٱلْقَرْنَ فَجُدِعَتْ أُذُنُهُ * أَيْ جَآءَ يَطْلُبُ زِيَادَةً وَأَتْلَفَ مَا عِنْدَهُ *

Inſtar petentis cornu, cui abſciſſa eſt auris ſua. *Id eſt*: Venit petere auctarium, & amiſit quod penes eum erat.

LXXVIII.

أَلْمُصِيبَةُ لِلصَّابِرِ وَاحِدَةٌ وَلِلْجَازِعِ ٱثْنَتَانِ *

Accidens (*ſeu* infortunium) patienti unum eſt; pavido autem geminum.

LXXIX.

مَنْ يَفْعَلِ ٱلْخَيْرَ لَا يُعْدَمْ جَوَازِيَهُ *

Qui operatur, bonum, non privabitur remuneratione ejus.

LXXX.

أَلسَّخِيُّ قَرِيبٌ مِنَ ٱللّٰهِ قَرِيبٌ مِنَ ٱلنَّاسِ قَرِيبٌ مِنَ ٱلْجَنَّةِ بَعِيدٌ مِنَ ٱلنَّارِ

Liberalis vicinus eſt DEI, vicinus hominum, vicinus paradiſi, remotus ab igne inferni.

LXXXI.

تَضْرِبُ فِي حَدِيدٍ بَارِدٍ *

Percutis ferrum frigidum.

LXXXII.

أَلْأَدَبُ صُورَةُ ٱلْعَقْلِ *

Eruditio eſt figura prudentiæ (*vel* intellectus.)

LXXXIII.

## LXXXIII.

قَلْبُ ٱلْأَحْمَقِ فِي فِيهِ وَلِسَانُ ٱلْعَاقِلِ فِي قَلْبِهِ *

Cor ſtulti in ore ejus: lingua autem prudentis in corde ejus.

## LXXXIV.

إِذَا تَمَّ ٱلْعَقْلُ نَقَصَ ٱلْكَلَامُ *

Cum deficit (*ſeu* finitur) intellectus, deficit oratio.

## LXXXV.

ٱلْحَسُودُ لَيْسَ لَهُ رَاحَةٌ *

Invidiæ nulla eſt quies.

## LXXXVI.

أَغْنَى ٱلْغِنَآءِ ٱلْعَقْلُ *

Ditiſsimæ divitiarum intellectus eſt.

## LXXXVII.

لَا صَوَابَ مَعَ تَرْكِ ٱلْمَشُورَةِ *

Non concordat cum omiscione conſilium.

## LXXXVIII.

لَا تَنْظُرْ إِلَي مَنْ قَالَ بَلِ ٱنْظُرْ إِلَي مَا قَالَ *

Non reſpice ad eum qui dixit: ſed reſpice ad id quod dixit.

## LXXXIX.

لَا بِرَّ مَعَ شُحٍّ *

Non eſt juſtitia eum avaritia.

XC.

مَنْ يَشَأْ أَنْ يَعِيشَ سَالِمًا فَلْيَتَعَزَّلْ مِنَ ٱلنَّاسِ صَامِتًا *

Qui vult vivere incolumis, ſeparet ſe ab hominibus tacitè.

XCI.

عِنْدَ ٱلصَّبَاحِ يَحْمَدُ ٱلْقَوْمُ ٱلسُّرَي *

Ad auroram laudat populus pluviam.

XCII.

لَا تُسْخَرْ فِي شَيْءٍ فَيُجَرِّبَكَ *

Ne ſubſanna quippiam, quod te comprobare poteſt.

XCIII.

ثَبَاتُ ٱلْإِيمَانِ ٱلْوَرَعُ وَزَوَالُهُ ٱلطَّمَعُ *

Stabilimentum fidei humanitas : labefactatio autem ejus præſumptio.

XCIV.

تَطَعَّمْ تُطْعَمْ * أَيْ * ذُقِ ٱلطَّعَامَ فَإِنَّهُ يَدْعُوكَ إِلَي شَهْوَتِهِ *

Guſta cibaberis. *Id eſt*: Guſta cibum, & ipſe vocabit te ad appetitum ſui.

XCV.

إِعْلِلْ تُخْصِبْ * أَيْ * كُلْ مَرَّةً بَعْدَ مَرَّةٍ تَسْمُنْ *

Sis debilis, invaleſces. *Ideſt:* Ede vice poſt vicem (*ideſt*, multoties) pingveſces.

CXVI.

إِذَا لَمْ يَكُنْ لَكَ مَا تُرِيدُ فَأَرِدْ مَا يَكُونُ

Qvando non evenit tibi, quod vis; velis quod evenit.

XCVII.

إِذَا سَمِعْتَ ٱلرَّجُلَ يَقُولُ فِيكَ مِنَ ٱلْخَيْرِ مَا لَيْسَ فِيكَ
فَلَا تَأْمَنْ أَنْ يَقُولَ فِيكَ مِنَ ٱلشَّرِّ مَا لَيْسَ فِيكَ *

Quando audiveris virum loquentem de te bonum, quod in te non eſt, ne fide (ei:) loquetur enim & malum de te, quod in te non eſt.

XCVIII.

أَلصَّمْتُ يُكْسِبُ أَهْلَهُ مَحَبَّةً *

Taciturnitas conciliat ſuis amorem.

XCIX.

أَلنَّدَمُ عَلَى ٱلسُّكُوتِ خَيْرٌ مِنَ ٱلنَّدَمِ عَلَى ٱلْقَوْلِ *

Pœnitentia ſuper ſilentio melior eſt pœnitentia ſuper ſermone.

C.

أَلصَّمْتُ حِكْمَةٌ وَقَلِيلٌ فَاعِلُهُ *

Taciturnitas ſapientia eſt; ſed rarus eſt agens eam.

*APPEN-*

# *APPENDIX:*

## *CORANI Surata prima princepsq́ʒ eadem, Muhammedanis uſu, quantum preces, quotidiano ſolennis: vitandi ſpatij ergò addita.*

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَنِ ٱلرَّحِيمِ * ٱلْحَمْدُ لِلَّهِ رَبِّ ٱلْعَالَمِينَ *
ٱلرَّحْمَنِ ٱلرَّحِيمِ * مَالِكِ يَوْمِ ٱلدِّينِ * إِيَّاكَ نَعْبُدُ وَإِيَّاكَ
نَسْتَعِينُ * إِهْدِنَا ٱلصِّرَاطَ ٱلْمُسْتَقِيمَ صِرَاطَ ٱلَّذِينَ أَنْعَمْتَ عَلَيْهِمْ
غَيْرِ ٱلْمَغْضُوبِ عَلَيْهِمْ وَلَا ٱلضَّالِّينَ * آمِينَ *

### *Interpretatio, maximè literalis.*

In nomine DEI miſeratoris miſericordis. Laus DEO, Domino Zebaoth: (*exercituum, creaturarũ, uniuerſitatis:*) miſeratori miſericordi: regi (*judici*) diei judicij. Te adoramus (*colimus*) & te invocamus: Dirige nos (*bene, rectè*) in viam rectam, viam eorum, quos gratioſus (*benevolus, propitius*) es erga eos, minimè (*haud, non, nequaquam*) iratus contra eos, & non aberrantium. (*deviantium, infidelium.*) Amen.

FINIS.

Bd 131.

8°

ULB Halle 3
001 525 018

Sb

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0031-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0032-2

مِايَةُ مَثَلٍ *

# CENTURIA PROVERBIORUM ARABICORUM,

Juxtà cum Interpretatione Latinâ.

*In*

*Uſum Tyronum nec non Collegiorum.*

Editore

ANDREA SENNERTO, P.P.

in Acad. VVitteberg.

*Typis & impenſis* JOBI VVILHELMI FINCELII.

cIↄ Iↄ C LVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369855-p0033-8